



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio CIIII. De præceptis iudicialibus in communi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

in prohibitiōe sanguinis intelligatur prohibitio homicidij, in prohibitione suffocati intelligatur prohibitio uolentiæ & rapine, in prohibitione immolatorum intelligatur prohibitio idolatriæ: fornicatio autem prohibetur tanquam per se malum, & hanc opinionem accipiunt ex quibusdam glossis, quæ huiusmodi præcepta mystice exponunt. Sed quia homicidium & rapina etiam apud Gentiles reputabantur illicita, non oportuisset super hoc speciale mādātum dari his, qui erant ex gentilitate conuersi ad Christum. Vñ alij dicunt, quod ad literam illa comestibilia fuerunt prohibita, non propter obseruantiam legalium, sed propter gulam comprimendam. Vnde dicit Hieron. super illud Ezech. 44. Omne morticinum &c. Condemnat sacerdotes, qui in cibis, & careris huiusmodi, hæc cupiditate gulæ nō custodiūt. Sed quia sunt quædam cibaria magis delicata ad gulam prouocantia, non uidetur ratio quare fuerunt hæc magis quàm alia prohibita. Et ideo dicendum secundum tertiam opinionem, quod ad literam ista sunt prohibita non ad obseruandum caeremonias legis, sed ad hoc, q̄ posset coalescere unio Gentiliū Iudæorum insimul habitantium. Iudæis. n. propter antiquam cōsuetudinem, sanguis & suffocatum erāt abominabilia. Comestio autē immolatorum simulacris poterat in Iudæis aggenerare circa Gentiles suspicionem reditus ad idolatriam: & ideo ista fuerūt prohibita pro tempore illo, in quo de nouo oportebat conuenire in unū Gentiles & Iudæos. Procedēte autem tpe, cessante causa cessat effectus, manifestata Euangelicæ doctrinæ ueritate, in qua Dñs docet, q̄ nihil quod per os intrat, coinquinat hominem, ut dicit Marth. 15. Et q̄ nihil est reiiciendum, quod cū gratiarum actione percipitur, ut 1. ad Tim. 4. dicitur. Fornicatio autem prohibetur specialiter, quia Gentiles nouo reputabant eam esse peccatum.

¶ Super quest. centesimam quartam.

IN quo 4. nihil scribendum occurrit, nisi q̄ duo specialiter aduertat. Primum est quare omnia illius populi erant figuralia. Assignatur naque in 2. ar. ad secundum pro causa, quia Christus ex populo illo erat nasciturus, id est, quia status illius populi erat, p̄pter Christum uenturum ex eo, consequens est ut uerbis & factis prænuntiaretur: Christus, & pertinentia ad ipsū: & hoc ex diuina institutione, cuius solius est facere, quod facta totius populi sint in figurā. Scdm̄ est, quod differentia inter caeremonialia, & iudicialia in figurando, non consistit in hoc, quod caeremonialia fiat p̄ se primo instituta ad figurādū, & iudicialia sint instituta ad figurādum per se secundo. hoc enim non dicitur in litera. Et si concederetur, non possent hodie a quocunq; præ-

Sup. q. 99. ar. 4. & locis ibi inducis.

QVAESTIO CIIII.

De præceptis iudicialibus in quatuor articulos diuisa.

**C**ONSEQUENTER considerandum est de præceptis iudicialibus.

Et primò, considerādū est de ipsis in communi. Secundò, de rationibus eorum.

CIRCA primum quærentur quatuor.

¶ Primò, Quæ sint iudicialia præcepta.

¶ Secundò, Vtrum sint figuralia.

¶ Tertio, De duratione eorum.

¶ Quarto, De distinctiōe eorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ratio præceptorum iudicialium consistat in hoc, quod sunt ordinantia ad proximum.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod ratio præceptorum iudicialium non consistat in hoc, quod sunt ordinantia ad proximum. Iudicialia enim præcepta a iudicio dicuntur: sed multa sunt alia, quibus homo ad pro-

ximum ordinatur, quæ non pertinent ad ordinationem iudicialium. non ergo præcepta iudicialia dicuntur, quibus homo ordinatur ad proximum.

¶ 2. Præcepta iudicialia a moralibus distinguuntur, ut supra dictū est, sed multa præcepta moralia sunt, quibus homo ordinatur ad proximum, sicut patet in septem præceptis secundæ tabulæ. non ergo præcepta iudicialia dicuntur ex hoc, quod ad proximum ordinant.

¶ 3. Præcepta iudicialia ad Deū, ita se habent iudicialia præcepta ad proximum, ut supra dictum, sed inter præcepta caeremonialia sunt quædam quæ pertinent ad seipsum, sicut obseruantia ciborum & uestimentorum, de quibus supra dictum est. ergo præcepta iudicialia nō ex hoc dicuntur, quod ordinēt hominem ad proximum.

SED CONTRA est, quod dicitur Ezechie. 18. inter cætera bona opera uiri iusti: Si iudicium uerum fecerit inter uirum, & uirum, sed iudicialia præcepta a iudicio dicuntur. ergo præcepta iudicialia uidentur pertinere ad ordinationem hominum ad proximum.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut ex supra dicto, præceptorum cuiuscunq; legis quædam uim obligandi ex ipso dictamine rationalis ratio dicitur hoc esse debitum fieri, ut & huiusmodi præcepta dicuntur moralia, a ratione dicuntur mores humani. Alia uero præcepta sunt, quæ non habent uim obligandi ex dictamine rationis, quia. s. in se considerata non absolute rōnē debiti, uel indebiti, sed hēnt uim obligandi ex aliqua institutione diuina, uel humani sunt determinationes quedā moralia, ut præceptorum. Si igitur determinēt moralia præcepta institutionem diuinā in his, per quæ ordinatur Deum, tali a dicētur præcepta caeremonialia. Si uero his quæ pertinent ad ordinationem hominum uicem, tali a dicuntur præcepta iudicialia. In dicto ergo consistit ratio iudicialium præceptorum, in tantum ad ordinationem hominum ad proximum, ut non habeant uim obligandi ex sola ratione ex institutione.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod iudicialia dicuntur officio aliquorum principum, qui habent testatem iudicandi. Ad principē autem pertinet solum ordinare de his quæ ueniunt in iudicio, etiam de uoluntarijs contradictibus, qui in iudicio sunt, & de omnibus pertinentibus ad populi unitatem & regimen. Vnde præcepta iudicialia non solum sunt illa, quæ pertinent ad litterarum, sed etiam quæcunq; pertinent ad ordinationem hominum ad proximum, quæ subest ordinatiōe principis tanquam supremi iudicis.

AD SECVNDVM dicendum, quod ratio illa de præceptis ordinantibus ad proximum, quæ uim obligandi ex solo dictamine rationis.

AD TERTIVM dicendum, q̄ et in his quæ ordinant ad Deum, quædam sunt moralia, quæ ipsa informata dicitur, sicut Deum esse amandum.

dum. Quaedam uero sunt caeremonialia, quae non habent uim obligationis, nisi ex institutione diuina. Ad Deum autem pertinent non solum sacrificia oblata Deo, sed etiam quaecumque pertinent ad idonei tatem offerentium, & Deum colentium. Homines enim ordinantur in Deum sicut in finem, & ideo ad cultum Dei pertinet, & per consequens ad caeremonialia praecipua, quod homo habeat quandam idoneitatem respectu cultus diuini, sed homo non ordinatur ad proximum sicut in finem, ut oporteat eum disponi in seipso in ordine ad proximum. Haec enim est comparatio seruorum ad dominos, qui id quod sunt, dominorum sunt, secundum Philo. in 1. Poli. & ideo non sunt aliqua praecipua iudicialia ordinantia hominem in seipso, sed omnia talia sunt moralia, quia ratio, quae est principium moralium, se habet in homine respectu eorum quae ad ipsum pertinent, sicut princeps, uel iudex in ciuitate. Sciendum tamen, quod quia ordo hominis ad proximum magis subiacet rationi, quam ordo hominis ad Deum, plura praecipua moralia inueniuntur, per quae ordinatur homo ad proximum, quam per quae ordinatur homo ad Deum, & propter hoc etiam oportuit plura esse caeremonialia in lege, quam iudicialia.

ARTICVLVS II.

*Utrum praecipua iudicialia aliquid figent.*

**A**D SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod praecipua iudicialia non figent aliquid. Hoc uidetur esse proprium caeremonialium praecipuorum, quod sint in figuram alicuius rei instituta. si igitur etiam praecipua iudicialia aliquid figent, non erit differentia inter iudicialia & caeremonialia praecipua. **¶ 1. Præ.** Sicut illi populo Iudaeorum data sunt quaedam iudicialia praecipua, ita etiam aliis populis gentilibus, sed iudicialia praecipua aliorum populorum non figurant aliquid, sed ordinant quid fieri debeat, ergo utrumque non praecipua iudicialia ueteris legis aliquid figurarent. **¶ 2. Præ.** Ea quae ad cultum diuinum pertinent, figuris quibusdam tradi oportuit, quia ea quae Dei sunt, supra nos rationem sunt, ut supra dictum est, sed ea quae sunt proximorum, non excedunt rationem nostram, ergo per iudicialia, quae ad proximum nos ordinant, non oportuit aliquid figurari.

**Sed contra** est, quod Exod. 21. iudicialia praecipua allegorice, & moraliter exponuntur.

**Respon.** Dicendum, quod dupliciter contingit aliquid praecipuum esse figurale. Vno modo, primo & per se, quia scilicet principaliter est institutum ad aliquid figurandum, & hoc modo praecipua caeremonialia sunt figuralia: ad hoc enim sunt instituta, ut aliquid figent pertinens ad cultum Dei, & ad mysterium Christi. Quaedam uero praecipua sunt figuralia non primo & per se, sed ex consequenti, & hoc modo praecipua iudicialia ueteris legis sunt figuralia: non enim sunt instituta ad aliquid figurandum, sed ad ordinandum statum illius populi secundum iustitiam, & aequitatem, sed ex consequenti aliquid figurabant inquantum. **¶ 1. rotus** status illius populi, qui per huiusmodi praecipua disponebatur, figuralis erat, secundum illud 1. ad Corinth. 10. Omnia in figuram contigebant illis.

**Ad primum** ergo dicendum, quod praecipua caeremonialia alio modo sunt figuralia quam iudicialia, ut dictum est.

**Ad secundum** dicendum, quod populus Iudaeorum ad hoc electus erat a Deo, quod ex eo Christus nasceretur, & ideo oportuit totum illius populi statum esse propheticum,

& figuralem, ut Aug. dicit contra Faustum: & propter hoc et iudicialia illi populo tradita magis sunt figuralia, quae iudicialia aliis populis tradita; sicut et bella & gesta illius populi exponuntur mystice, non autem bella, uel gesta Assyriorum, uel Romanorum, quibus longe clariora secundum homines fuerunt.

**Ad tertium** dicendum, quod ordo ad proximum populo illo secundum se consideratus, peruius erat rationi, sed secundum quod referebatur ad cultum Dei, superabat rationem, & ex hac parte erat figuralis.

ARTICVLVS III.

*Utrum praecipua iudicialia ueteris legis perpetuam obligationem habeant.*

**Ad tertium** sic proceditur. Videtur, quod praecipua iudicialia ueteris legis perpetuam obligationem habeant. Praecipua enim iudicialia pertinent ad uirtutem iustitiae, nam iudicium dei iustitiae executio: iustitia autem est perpetua & immortalis, ut dicit Sap. 1. ergo obligatio praecipuorum iudicialium est perpetua. **¶ 1. Præ.** Institutio diuina est stabilior, quam institutio humana: sed praecipua iudicialia humanarum legum habent perpetuam obligationem, ergo multo magis praecipua iudicialia legis diuinae. **¶ 2. Præ.** Apost. dicit ad Hebr. 7. quod reprobatio fit praecedentis mandati propter infirmitatem ipsius, & inutilitatem: quod quidem uerum est de mandatu caeremoniali, quod non poterat facere perfectum iuxta conscientiam seruientem, solummodo in cibis, & in potibus, & uariis baptismatibus, & iustitiis carnis, ut Apostolus dicit ad Hebr. 9. sed praecipua iudicialia erant utilia, & efficacia ad id, ad quod ordinabantur, scilicet iustitiam & aequitatem inter homines constituendam, ergo praecipua iudicialia ueteris legis non approbantur, sed adhuc efficaciam habent.

**Sed contra** est, quod Apost. dicit ad Hebr. 7. quod translato sacerdotio, necesse est ut legis translatio fiat, sed sacerdotium est translatum ab Aaron ad Christum, ergo etiam & tota lex est translata, non ergo iudicialia praecipua adhuc obligationem habent. **D** **Respon.** Dicendum, quod iudicialia praecipua non habuerunt perpetuam obligationem, sed sunt euacuata per aduentum Christi, aliter tamen quam caeremonialia, nam caeremonialia adeo sunt euacuata, ut non solum sint mortua, sed etiam mortifera obseruantibus post Christum, maxime post Euangelium diuulgatum. Praecipua autem iudicialia sunt quidem mortua, quia non habent uim obligandi, non tamen sunt mortifera: quia si quis princeps ordinaret in regno suo illa iudicialia obseruari, non peccaret, nisi forte hoc modo obseruarentur, uel obseruari mandarentur, tanquam habentia uim obligandi ex ueteris legis institutione. talis enim intentio obseruandi esset mortifera, & huius differentiae ratio potest accipi ex praemissis. **¶ 1. Dicitur** enim quod praecipua caeremonialia sunt figuralia primo & per se, tanquam instituta principaliter ad figurandum Christi mysteria, ut futura; & ideo ipsa obseruatio eorum praedicat fidei ueritati, secundum quam confitemur illa mysteria iam esse completa. Praecipua autem iudicialia non sunt instituta ad figurandum, sed ad disponendum statum illius populi, qui ordinabatur ad Christum: & ideo mutato statu illius populi, Christo iam ueniente, iudicialia praecipua obligationem amittunt. Lex enim fuit paedagogus ducens ad Christum, ut dicitur ad Gal. 3. Quia tamen huiusmodi iudicialia praecipua

Lib. 22. c. 24. in prim. 10. 6

Infra q. 108. art. 1. cor. & art. 2. cor. & ad 4. Et 2. 2. q. 62. ar. 3. ad 2. & q. 81. ar. 1. co. Et 4. di. 15. q. 1. ar. 5. q. 2. ad 1. Et quot. 2. ar. 8. cor. & quot. 4. art. 13. co. Et Hebr. 7. lect. 2.

Ar. preced.

cepta non ordinantur ad figurandū, sed ad aliquid faciendum, ipsa eorum obseruatio absolute nō praeiudicat fidei ueritati, sed intentio obseruandi tanquā ex obligatione legis praeiudicat ueritati fidei: quia p hoc haberetur, quod status prioris populi adhuc duraret, & quod Christus nondum uenisset.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ iustitia quidem perpetuo est obseruanda, sed determinatio eorum q̄ sunt iusta scdm̄ institutionē humanā, uel diuinam, oportet q̄ uarietur secundū diuersū hominū statū.

AD SECVNDVM dicendum, quod praecepta iudicialia ad hominibus instituta, habēt perpetuam obligationem manēte illo statu regiminis, sed si ciuitas, uel gens ad aliud regimen deueniat, oportet leges mutari. Non enim eadem leges conueniunt in democratia, quae est potestas populi, & in oligarchia, quae est potestas diuitem, ut patet per Philo. in sua Politica: & ideo etiam mutato statu illius populi, oportuit praecepta iudicialia mutari.

\*Li. 3. c. 5. 6. & 9. to. 5.

AD TERTIVM dicendum, quod illa praecepta iudicialia disponebant populum ad iustitiam & aequitatem secundum quod conueniebat illi statui, sed post Christum, statum illius populi oportuit mutari, ut iam in Christo non esset discretio Gentilis & Iudei, sicut antea erat: & propter hoc oportuit etiam praecepta iudicialia mutari.

ARTICVLVS IIII.

*Utrum praecepta iudicialia possint habere aliquam certam diuisionem.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, q̄ praecepta iudicialia non possint habere aliquam certam diuisionem. Praecepta enim iudicialia ordinant homines adinuicē: sed ea quae inter homines ordinari oportet in usum eorū uenientia, nō cadunt sub certa distinctione, cum sint infinita. ergo praecepta iudicialia non possunt habere certam distinctionem.

¶ 1. Praecepta iudicialia sūt determinatiōes moralium: sed moralia praecepta nō uidentur habere aliquam distinctionem, nisi secundum quod reducuntur ad praecepta decalogi. ergo praecepta iudicialia non habent aliquam certam distinctionem.

¶ 2. Praecepta caeremonialia, quia certam distinctionem habēt, eorū distinctio in lege inuenitur, dum quaedā uocantur sacrificia, quaedā obseruatiā, sed nulla distinctio inuenitur in lege praeceptorum iudicialiū. ergo uidetur q̄ non habeant certam distinctionem.

SED CONTRA. Vbi est ordo, oportet, quod sit distinctio, sed ratio ordinis maxime pertinet ad praecepta iudicialia, per quae populus ille ordinabatur. ergo maxime debent habere distinctionem certam.

RESPON. Dicendum, q̄ cum lex sit quasi quaedā ars humana uitaē instituendae, uel ordinandae, sicut in uariisq; arte est certa distinctio regulari artis: ita oportet in qualibet lege eē certā distinctionē praeceptorū, aliter enim ipsa confusio utilitatem legis auferret. & ideo dicendum est q̄ praecepta iudicialia ueteris legis, per quae hoīes adinuicem ordinabantur, distinctionem habent secundum distinctionem ordinationis humane. Quadruplex autē ordo in aliquo populo inueniri potest. Vnus quidē principū populi ad subditos; alius autē subditorū adinuicem: tertius autē eorum qui sunt de populo ad extraneos: quartus autē ad domesticos, sicut patris ad filium, uxoris ad uirū, & dñi ad seruum. & scdm̄ istos quatuor ordines distingui possunt praecepta iudicialia ueteris legis. Dantur autē quaedam praecepta de institutione principum, &

officio eorum, & de reuerētia eis exhibenda. Quaedam praecepta pertinentia ad concuēs ad pnta, circa emptiones & uenditiones, & similes penas: & haec est secunda pars iudicialium praeceptorum. Dantur etiam quaedam praecepta pertinentia ad extraneos, puta, de bellis contra hostes, & de pnone peregrinorum & aduenarum: & haec est tertia pars iudicialium praeceptorum. Dantur etiam lege quaedam praecepta pertinentia ad domesticos conuersationem, sicut de fertis, & uxoriis, & haec est quarta pars iudicialium praeceptorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ ea quae pertinent ad ordinationem hominum adinuicem, sunt de numero infinita, sed tamen reduci possunt aliqua certa secundum differentiam ordinationis humane, ut dictum est.

AD SECVNDVM dicendum, quod praecepta logi sunt prima in genere moralium, ut supra dictum est: & ideo conuenienter alia praecepta moralia & caeremonialia habent aliam rationem ordinationis, non quidem ex ratione naturali, sed sola institutione: & ideo distinctionis eorum est ratio.

AD TERTIVM dicendum, quod ex ipsis ueteris praecepta iudicialia ordinantur in lege, ut lex distinctionem iudicialium praeceptorum.

QVAESTIO CV.

*De ratione iudicialium praeceptorum in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandū est de ratione iudicialiū praeceptorum.

ET CIRCA hoc queruntur quatuor.

¶ Primo, De ratione praeceptorū iudicialium, quae pertinet ad principes.

¶ Secundo, De his quae pertinent ad conuictum hominum adinuicem.

¶ Tertio, De his quae pertinent ad extraneos.

¶ Quarto, De his quae pertinent ad domesticam conuersationem.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Utrum conuenienter lex uetus de principibus ordinatur.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod conuenienter lex uetus de principibus ordinatur. Quia, ut Philosophus dicit in 3. Politicorum, ordinatio populi praecipue dependet ex maximo principis, sed in lege non inuenitur qualiter debeat ordinari primus princeps, inuenitur autem de inferioribus principibus, primo quidem Exod. 18. Proponitur omni plebe uiros sapientes &c. & Nutram in gregam mihi 70. uiros de senioribus Israel. & Deo. primo. Date ex uobis uiros sapientes, &c. ergo insufficienter lex uetus principes ordinauit.

¶ 2. Praeter. Optima est optima adducere, ut dicit, sed optima ordinatio ciuitatis, uel populi, cuncta est, ut gubernetur per regem, quia